N°. 2

(2)

Erat soror nomine maria q: etiam sedens
secus pedes dñi audiebat uerbum illius. M
artha h satagebat circa frequens ministe-
rium q: stetit. Et ait dñe non est tibi cura quod
soror mea reliquit me solam ministrare. Dic
ergo illi ut me adiuuet. Et respondens dixit illi
ihs martha martha sollicita es et turbaris
circa plurima. porro unum est necessariū
maria optimam partem elegit q: non aufere-
tur ab ea. Et factum est cum esset in loco
quodam orans ut cessauit dixit unus ex disci
pulis eius ad eum. Dñe doce nos orare. Sicut
et iohannes docuit discipulos suos. Et ait illis
cum oratis dicite. Pater noster. scificetur
nomen tuum. adueniat regnum tuum. Fiat uolun
tas tua sicut in caelo et in terra. panem nrm co
tidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis pec
cata nostra. siquidem et ipsi dimittimus omni
debenti nobis. Et ne nos inducas in temptatio
nem. Et ait ad illos quis uestrum habe-

License: cc-by-nc-sa – Cambridge, Magdalene College, Pepys Library, PL 2981, page_4_number_2 – Gospel of Luke (https://fragmentarium.ms/view/page/F-q5x8/8420/64997)